



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 36. Pia Legata in Henrici VIII. Testamento facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

§. XXXVI.

Sæcul. XVI.

A.C. 1546.

*Pia Legata in Henrici VIII. Testa-
stamento facta.*

His ita ordinatis, præterea eodem Testamento ^{Burnet t. 1.} plura alia disposuerat, <sup>l. 5. p. 479. re-
fut. de Sand.</sup> ac præprimis ad erendum Nosocomium sub Christi Jesu nomine quater mil- ^{n. 120. Le Grand.} le quingentas annui reditus libras Londonenses ^{defense de Sander t. 2.} dinensi urbi reliquit, insuper huic liberalitati addidit Legatum, quod Fratrum ^{p. 233.}

Minorum Ecclesiæ haud procul a porta nova sitæ obveniret. Præterea provenitus assignavit pro fabrica ac sustentatione Collegii ad SS. Trinitatem in urbe Cantabrigiensi, nec minus illis, quorum fidei hanc supremæ voluntatis executionem demandabat, injunxit, ut omne æs alienum, quo gravabatur, solverent: Eduardum autem Principem filium suum hæredem scripsit totius suppellectilis, vasorum argenteorum, gemmarum, omnisque rei tormentariæ &c. Mariæ vero ac Elisabethæ Filiabus suis tria librarum Sterlingicarum millia, usquedum nupserint, persolvenda constituit, dotis autem nomine cuilibet decem ejusdem monetæ millia assignavit. Tandem Reginæ uxori suæ præter hoc, quod cunctis Mariti sui bonis frui posset, etiam tria librarum millia numerari præcepit.

§. XXXVII.